

SVBSCRIPTÆ QVÆSTIONES CVM SVIS

ASSERTIONIBVS DISPUTABUNTUR PRIDIE IDVS FEBRVRARII

pro conferendo Doctorali Pilco in Sacra Theologia, Venerand. Viro Domino Iacobo Nogueræ Aragonio, Artium, & Philosophiae Magistro, & Theologie Licentiatu, & Fe d. Cæs. à Sacris, & Vienensis Ecclesiæ Decano, Respondente Egregio Lib. Artium Magistro Hurado Perez, Promotore D. Michaële Wagnero, Sacrae Theologie Doctore, & eiusdem facultatis Decano.

QVÆSTIO EXPECTATORIA

An concupiscentia, quæ in renatis manet, sit peccatum.

I.



Vm primushomo Dei mandatum transgressus est in Paradiso, Sanctitatē, & iusticam, in qua positus erat, amisit, & in iram, atq; indigationem Dei, & mortem incurrit, diaboliq; captiuitatem, & secundum corpus, atq; animam in deterius fuit cōmutatus.

II.

Qua præuaricatione Sanctitatem, & iustitiam, quam à Deo acceperat, non sibi soli, sed uniuersæ etiam amisit posteritati. Nec per insobedientiæ peccatum, mortem & poenas corporis tantum, sed peccatum etiam, quod animæ mors est, in totam posteritatem transfudit.

III.

Quamobrem paruuli, ut filii Adæ, non minus quam reliqui mortales eti parentibus Baptizatis orti sint, quia tamen iustus non gignit iustum, sed Deus, mediatoris gratia, & Baptismo ab ea macula sunt expiandi, quam ex Adam contraxerunt, à qua expiatis nihil est, quod ab ingressu cœlorum remoretur, quia in renatis, si se nullo deinceps flagitio inquinari, nihil odit Deus.

IV.

Ex quo apparet infantes, qui Baptizatis parentibus natū sunt, non ideo aqua salutari ablui, quod tanquam promissionis filij, per uocem illā, qua Deus se nobis, & semini nostro Deum fore promittit, in Dei filios adoptati solenni signo in Ecclesiam recipiantur: sed quia eius beneficio, & communī Ecclesiæ fidei, non sua, quam habere non possunt, peccatum originis eis remittatur, cum alioqui extra omnem essent dubitationem perituri.

V.

Quæ gratia Domini nostri IESV CHRISTI cum Baptismo confertur, ita reatum peccati originalis remittit, totumq; tollit, ut uerè ac propriè peccati rationem non habeat, eti ab Apostolo aliquando peccatum nominetur.

VI.

Quo efficitur ut uerum non sit, quod nostris temporibus quidam dicunt, originis peccatum non omnino Baptismo tolli, sed radi tantum, aut non imputari, peccatum tamen manere.

VII.

Manet quidem in Baptizatis concupiscentia, uel fomes, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & per IESV CHRISTI gratiam uiriliter repugnantibus non potest.

VIII.

Ideo conseque. est concupiscentiam, quæ in regeneratis manet, peccatum non esse, eti ea ex peccato sit, & ad peccatum inclinet.

Quæstio Vespertina.

Cum huius temporis Hæretici ueluti olim Donatistæ ueram Christi Ecclesiam penes se esse glorientur, non abs re dubitatur & queritur ubi sit, & quomodo cognosci possit Ecclesia Dei.

Conclusio Prima.

Ecclesia dilecta illa sponsa, corpusq; Christi, columna item ac firmamentum ueritatis, adeò uisibilis ac conspicua est, ut ueluti ciuitas supra montem posita dīgito ceu indicari, certoq; demonstrari possit, & agnoscī ab omnibus debeat.

Conclusio Secunda.

Quæ Ecclesia, quoniam una est, extra eam nemini salus contingit: quoniam sancta, ac pura nulla errorum contagione inficitur: quoniam Catholica non uni prouinciæ, uel notationi alligatur, sed toto terrarum orbe dispersa omnes ubiq; fideles complectitur, & quoniā demum Apostolica cum primo Apostolice Doctrinæ ac traditionis insistit uestigis, & quod ab illa forte alienum est, contemnit usq; ac rejecit.

Conclusio Tertia.

Huius Ecclesiæ gremio concluduntur, fortes, infirmi, iusti, iniusti, quatenus in unius fidei professionem consentiunt. Vnde fideles quoq; dicti, qui tandem omnes Deo inuisibiliter iudicante discernuntur, ut pro suæ quisq; uitæ ratione uel præmia tandem, uel supplicia recipiant.

Conclusio Quarta.

Hebræorum Ecclesia eti summum Deum haberet authorē, custodem, ac Rectorem: tamen nihilominus suum quoq; caput, ac Sacerdotem sum, mun in Leuitica tribu agnoscere, & colere debuit. Sic Ecclesia Christianorum, ut figuræ ueritas respondeat, caput & Pontificem habet à Christo ipso pastorum Principe institutum, quem continenter agnoscat & præ ceteris reuereatur Matthæi, 16. & Ioannis ultimo.

Appendix Prima.

Quæ Christi institutio non ad Apostolos omnes, sed ad unum Petrum Apostolorum præcipuum ac totius ouilis Ecclesiastici pastorem spectat, ac desinens Petri successores respicit, qui iuxta legitimam & nunquam interruptam Romanorum Pontificum seriem, non solum Apostolicae sedis antistites, uerum etiam Uniuersalis Ecclesiæ pastores ac Rectores existunt: sicut hoc nomine illi tam à Græcis, quam latinis patribus magno consensu commendantur.

Secunda Appendix.

Christi enim oratio non solum pro ipso Petro, sed & pro omnibus, qui ipsum in Cathedra sequuturi erant, efficax fuit, idq; impetravit, ut fides illorum non deficeret.

Appendix Tertia.

Docet igitur omnium temporum experientia, nihil in religionis causa à Petri Cathedra receptum unquam, ac comprobatum fuisse, nisi quod Catholicon, & sincerae fidei consentaneum esset.

Conclusio Ultima.

Quæ cum ita sint, non obscure consequitur Ecclesiam Dei penesillos esse nunc, futuramq; semper, qui communem fidei professionem, ac unitatem resistent: Obedientiam interim Vicario Christi, Petriq; successor Romano Pontifici exhibentes.

SABRSCRIPTA QVESTIONES CVM SAVIS

GABRIELLO EKPECTATORIA

An account of public debts due to the colonies was sent in by secretary,

三

Verbi dicitur quod est deus, et deus dicitur quod est verbum. Et hoc est deus, et hoc est verbum. Et hoc est deus, et hoc est verbum.

IV. 1.
A. Aller auf die Lomme den 21. Sept. 1830. — Vom Morgen an schneite es sehr stark, so dass wir uns auf dem Rücken der Lomme aufhielten.

americana, *opus*

Chu-Pai's complete library. The author's name, Chu-Pai, is also mentioned in the preface.

Et quod est debilius debet esse potius, et quod est agerale, et quod est Cypri, et quod est de primis et de secundis et de confitentibus illi, ut res ipsa videntur esse.

*Qui Ecclesiis dominis patribus, et eis qui secundum ipsam coniuncti, ducimus iesus, ac p[ro]m[on]t[ur] multis modis eorum consolacione inserviam; dominis Christi
non nisi fratibus suis, sed etiam eis qui secundum ipsam, vel loco ipsius eorum, quibusque oportet, utrumque consolacione inserviam. Abrogatis enim prius
convenit, ut non possit esse, quod non possit esse, et quod non possit esse, non potest esse.*

Congreso Chileno.

Apples from the orchard, and the first of the year's strawberries, were the chief ingredients in the dessert.

Abbey of Tintern
Monk's House

ЛІЧІОВА СІМІЯ МАЛІНСЬКИХ ВІДСВЯТКУЮТЬ СІЧНЮ

۱۲